

2 **acus, us.** subs. f. PROB Cat 20. deminutio genus seruat, hic aculeus, non haec aculea. PRISC Gramm 2.259. diminutio tamen a masculino fit aculeus teste Probo, quomodo ab equo equuleus. GLOSS 2.564.8. aculea clauis, stimulus. **FORMA** *dem.* acula, ae ^{x2} CLEDON. acc. acula.; *dem.* acucula MARCELL 21.6. COD Theod 3.16.1.; *acucella^{ML}. **ETYM** AC-. **DLAT** acia, acucella, acuere, exacuere; acutus, acutulus, bisacutus, acutare; acumen, acuminare, exacuminare; acutus, acutia, acutiare, acutiator; -acu-; aculeus, aculeatus, aculeare. **DROM** ACUCULA > cast. aguja, cat. agulla, fr. *aquicula > aiguille, it. agucchia, port. agulha; *ACUCELLA > it. acucella. [FREQ media 169^{indicia} 12^{/d.c.m.} 200-100 TITIN] uocabulum antiquum, scriptis et litterariis et praecipue technicis ad medicinam et artem ueterinariam pertinentibus aptum; litterariis argumentando narrando, necnon pro rata parte frequentibus satiricis lyricis dramaticis; usibus mediis doctisque, pro rata parte praecipue quotidianis, item uersu; quod fuit uocabulum omnibus Romanis omnibus temporibus notum.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	exponendo	75	29
	narrando	35	6,9
	argumentalis	38	2,8
	dramatica	5	12
	lyrica	6	27
	satirica	10	52
DIACHRONICA	III-II aec.	6	15
	I aec.	17	6,2
	I-II ec.	71	19
	III-V ec.	75	12
DIAPHASICA	quotidiana	11	63
	media	135	12
	docta	23	11
DIASTRATICA	litteraria	96	8,7
	technica	73	30
MODUS	prosa	126	11
	uersu	43	24

¶ **a1** rem paruam acutamque designauit, utensilium uel instrumentum ad perforandum et transfigendum, metallicam uel osseam, saepissime consuendo aptam • *designó el objeto pequeño y punzante, utensilio o herramienta para perforar y traspasar, metálica o de hueso, habitualmente la aguja de coser* [HYPER ferramentum DOM aena, aerea, argentea, cuprea, ferrea, ossea] 200-100 TITIN Tog 5. Reliqui acus aciasque ero atque erae nostrae. 100-128 IUV 6.498. est in consilio materna admotaque lanis emerita quae cessat acu. 350 PS VERG Moret 11. admouet his pronam summissa fronte lucernam et producit acu stuppas umore carentis. 𐌱𐌰 PLIN Nat 28.199. GARG MART Cur boum De morsibus serpentum 4. MARCELL 29.45. 15.61.

a2 acus ad pigendum specialiter apta erat • *la aguja podía ser utilizada especialmente para bordar* [DOM comatoria, pecten] 29-19 VERG Aen 9.582. stabat in egregiis Arcentis filius armis pictus acu chlamydem. 63-65 SEN Her O 665. Maeonia distinguit acu. 394-404 CLAUD Carm min 27.87. perfusam murice uestem Assyria signatur acu.

acu pingere.^{x10} [praecipue sub forma acu pictus, quae in origine per tmesin fuit] loc. uerb. • *plumarium opus facere* • *bordar* 2-8 Ov Met 6.23. siue leui teretem uersabat pollice fusum, seu pingebat acu.

acupictus, a, um. adi. • *acupictura ornatus siue plumatilis* • *bordado* [REL plumatilis] 29-19 VERG Aen 11.777. carbaseos fuluo in nodum collegerat auro pictus acu tunicas. 383 HIER Hom Orig Ezech 713.d. ad beneficia corporalia uidemur uti consutis quibusdam, et acu pictis sub cubito manuum nostrarum. 419 AUG Quaest hept 2.177.11. de hyacintho et purpura et cocco neto et bysso torta, uarietate acu picta. Quaest hept 2.177.12. uelum acu picto opere uariatum. 𐌱𐌰 SERV Aen 11.777. PICTUS ACU TUNICAS ET BARBARA TEGMINA CRURUM. id est habebat uestem phrygionis arte perfectam. ISID Orig 19.22.22. Acupicta uestis acu textilis uel acu ornata.

a3 quia res ualde parua erat, in comparisonibus cum minimis applicabatur • *el pequeño tamaño de una aguja facilitó que acus fuera aplicado a comparaciones con lo ínfimo* 53 CIC Mil 66. mirabar ... uolnus in latere, quod acu punctum uideretur, pro ictu gladiatoris probari. 84-85 MART Epigr 8.71.10. annus nonus acu leuius uix cocleare tulit. 370-420 HIER Epist 112.13. Oro ergo te, ut qui nostro uulnuscule medendum putas, quod acu foratum, imo punctum, ut dicitur, huius sententiae medearis uulneri, quod lancea, et ut ita dicam, phalaricae mole percussus est. 𐌱𐌰 COD Theod 3.16.1. femina si ... repudium marito miserit, oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.

et ponderando etiam utile fuit quod aliquid tam difficile inuentu esset quam acus in aceruo • *así como a ponderar algo tan difícil de encontrar como nuestra 'aguja en un pajar'* 201 PLAUT Men 238. mare superum omne ... sumus circumuecti. si acum, credo, quaereres, acum inuenisses, si appareret, iam diu.

talis comparatio incrementum maximum habuit, nam parua acus minorem foramen per quod filum inseritur praebet; quo facilius Christianam sententiam de camelo per acus foramen non transituro apparuit (siue camelus siue rudens fuit) • *tal comparación presenta un desarrollo extremo: si pequeña es la aguja, menor aún es el ojo por el que se enhebra el hilo; lo cual facilitó la cristiana sentencia de que un camello no podría pasar por el ojo de la aguja (fuera camello o sogá en la versión original)* 383-387 VULG Matth 19.24. Et iterum dico uobis: facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei.

nocendi facultas huius rei Romanos certe non effugit; acus ad carnem humanam pungendam adhibita est; primo ad simulacra hominum perforanda applicata apparuit, ut eos minus noceretur • *evidentemente, la capacidad dañina de este objeto no escapó a los romanos; la aguja fue utilizada para pinchar la carne humana; en un primer momento se ve aplicada a la perforación de figuritas de vudú* [DOM uiscus quo acus figitur iecur] 23 Ov Am 3.7.30. saga ... poenicea defixit nomina cera et medium tenuis in iecur egit acus.

postea ut tormentum quoddam adhibitum est • *luego, se encuentra utilizada como medio de tortura* 405 PRUD Perist 10.1077. acus minutas ingerunt fornacibus, his membra pergunt urere, ut igniuerint.

b et ab acus tenuitate et ab huius uocabuli pertinentia ad lexicam familiam quae breuitatem et certitudinem ad comprehendendum et ingeniose communicandum participabat, ad intelligentiam uel penetrationem intellectualem applicatum fuit • *tanto por la finura de la aguja, como por la pertenencia de acus a una familia de palabras que ya incorpora la capacidad, breve pero certera, de captar lo importante y transmitirlo ingeniosamente, apareció aplicado a la inteligencia o penetración intelectual* [HYPER intelligentia] 54 CIC Scau 20. non agam igitur cum ista Sardorum conspiratione ... subtiliter neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram. 400 AUG C. Faust 8.7. argute sibi uidetur uelut acu linguae diuinarum scripturarum firmamenta compungere.

acu tangere.^{x1} *paroemia* • *quod ad fabri peritiam attinere non uidetur, sed ad uim subtiliter intellegendi animi acumine, acu acutiore* • *'dar en el clavo', que en latín correspondía, más que a la habilidad del artesano con el martillo, a la capacidad de tocar algo difícil con la penetración de la inteligencia, fina como una aguja* 191 PLAUT Rud 1306. LABR. Immo edepol una littera plus sum quam medicus. GRIP. Tum tu mendicus es? LABR. Tetigisti acu.

c1 ad muliebrem ornatum et pectinis socium adhibitum est ut capillos femineos in loco retineret • *fue aplicado al accesorio de tocador utilizado para mantener los cabellos femeninos en su sitio y compañero de pecten 'peine', la aguja o alfiler para el cabello* [HYPER instrumentum ornatus HYP →discriminale, cnasona DOM comatorius, crinalis] 23 Ov Am 1.14.30. erudit admotas ipse capillus acus. 84-85 MART Epigr 14.24.2. Figat acus tortas sustineatque comas. 395-397 CLAUD Rap Pros 2.16. Illi multifidos crinis sinuatur in orbes Idalia diuisus acu. 𐌱𐌰 ISID Orig 19.31.9. Acus sunt quibus in feminis ornandorum crinium conpago retinetur, ne laxius fluant et sparsos dissipentur capillos.

ornamenti causa margaritam saepe praebebat • *muchas veces llevaba por adorno una perla* 𐌱𐌰 DIG 34.2.25.10. ornamentorum haec ... acus cum margarita, quam mulieres habere solent.

c2 alia instrumenta ad curam capillorum pertinentia designauit, sicut calamistrum, quod cylindricum ferrum calefactum erat capillos crispaturum, quod acus genus habebatur • *designó otros instrumentos relacionados con el cuidado del cabello, como el calamistrum, un hierro cilíndrico calefactable que rizaba el cabello, considerado un tipo de acus* 𐌱𐌰 SERV Aen 12.100. calamistrum est acus maior, quae calefacta et adhibita intorquet capillos.

seu cnasona, quod acus erat ad cutem capitis scalpendam adhibita • *o la cnasona, aguja utilizada para rascar el cuero cabelludo* 𐌱𐌰 PAUL FEST p46. Cnasonas acus, quibus mulieres caput scalpunt.

seu discriminale uel discerniculum, quae acus erant ut feminae frontis capillos diuiderent • *o el discriminale o el discerniculum, aguja para separar los cabellos en la frente de la mujer* 𐌱𐌰 NON 1.150. DISCERNICULUM, acus quae capillos mulierum ante frontem diuidit, dicta a discernendo. 3. discriminale et discerniculum dicitur acus, quae capillos a media fronte dissepulat.

haec acus uel fibula ad cosmetica in faciem applicanda certe adhibebatur, et ad lineas tenuissimas delineandas et ampliores quasi modo spatulae • *seguramente esta aguja o alfiler podía ser utilizada para aplicar cosméticos sobre el rostro, tanto para los trazos más finos como a modo de espátula* 100-128 IUV 2.94. ille proscilium madida fuligine tinctum obliqua producit acu pingitque trementis attollens oculos.

quo instrumento domina ancillae puniendae uel alicuius pungendi causa utebatur • *instrumento utilizado por la dueña también para castigar a la doncella o pinchar a algún otro* 1 Ov Ars 3.240. Tuta sit ornatrix; odi, quae sauciat ora unguibus et rapta brachia figit acu. 60 PETRON 21.1. Psyche acu comatoria ... mihi ... malas pungebat.

d1 per uocabulum acus acutae aliae res designatae sunt, inter quas instrumentum constabat ad secandum aptum, papyris conficiendis adhibitum, quo papyri folia separabantur; is usus technicus ad hanc artem pertinentis esse uidebatur • *con el término acus fueron designados otros objetos afilados; entre ellos se encuentra aplicado a un instrumento cortante, utilizado en la elaboración del papiro, con el que se separaban sus hojas, lo cual parece ser un uso técnico propio de tal oficio* [HYPER ferramentum] 79 PLIN Nat 13.74. Praeparatur ex eo charta diuiso acu in praetenues, sed quam latissimas phyliras.

d2 item fibulae acus • *aguja de la hebilla, broche o prendedor* [HYPER ferramentum HOL fibula] 400 HIST AUG Claud 14.5. fibulam auream cum acu Cyprea unam.

d3 agr instrumentum uiticulturae proprium designauit, lamina instructum qua foramen in terra efficiebatur ubi sarmenta occabantur • *designó instrumento propio de la viticultura, dotado de una hoja con la que se hace un agujero en la tierra donde enterrar los sarmientos, el binador* [HYPER instrumentum agricolae SIM →pastinum^b] 380-430 PALLAD 1.42.2. acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur.

d4 med chirurgi acum designauit qua is acia consuendi uulnus causa utebatur • *designó la aguja del cirujano, utilizada para coser con hilo una herida* [HYPER instrumentum medici SIM fibula DOM sutura] 30 CELS 5.26.23d. quo saepius acus corpus transuit quoque plura loca iniectione uinculum mordet, eo maiores inflammationes oriuntur.

siue papulam uel uesticam aperiendi causa • *sea para reventar una pústula o ampolla* 30 CELS 5.28.4d. acu pusulae, quaecunq; sunt, aperiendae. 395-415 MARCELL 15.61. Acu ossea ... strumapae saepius punge; statim arescit.

siue oculi sectionem scrupulositate faciendi causa • *o para ciertas operaciones oculares que requerían precisión* 30 CELS 7.7.14d. Tum acus admouenda est, sic acuta, ut foret, non nimium tenuis; eaque demittenda sed recta est per summas duas tunicas medio loco inter oculi nigrum et angulum tempori propiorem, e regione mediae suffusionis sic, ne qua uena laedatur.

siue tollendi uel curandi causa • *o para retirar y sanear* 79 PLIN Nat 28.199. fimumque ad eum usum acus aereae punctu tolli iubent. VET 200-300 GARG MART Cur boum (De morsibus serpentum 4). Sed caeciliae ictus sanatur, si acu aenea laesum locum compungas.

in fine antiquitatis cum praxi scientiam simulanti relatum apparet • *al final de la Antigüedad, aparece relacionado con prácticas pseudocientíficas* 395-415 MARCELL 29.45. Lacertum uiridem, quem Graeci sauron uocant, capies perque eius oculos acum cupream cum licio quam longo uolueris traicies perforatisque oculis eum ibidem loci, ubi ceperas, dimittes ac tum filum praecantabis dicens: TREBIO POTNIA TELAPHO. 200-300 GARG MART Cur boum (Ad luxaturam). Incantabis sic: Betat relta, acum sinapi non sapit nec frictim.

e zoo^{x3} (Syngnathus acis L., uel Belone belone L.) piscis quidam coquis minime gratus • *pez aguja o agujón, que era poco apreciado en la cocina* [HYPER piscis^a SIM →belone] 79 PLIN Nat 9.166. Acus siue belone unus piscium dehiscente propter multitudinem utero parit. 84-85 MART Epigr 10.37.6. An Laurentino turpis in litore ranas et satius tenues ducere credis acus? 420 CAEL AUR Acut 2.210. item ex mari ... acus. 𐌱𐌰 CHAR 450. acus ῥαφίς, βελόνη. PS DOSITH Leid. βελόνη acus.

f acucula, ae.^{x1} (a pini folia similitudine) pini arboris folium in acum formatum • *aguja del pino, acícula o pinocha* [HYPER folium] 395-415 MARCELL 21.6. Pinus uiridis acuculae contritae ex uino optimo potui datae cordis dolorem sedant.